

1536. ię 25. Januar:

Sigismundus I. Rex Poloniae,
Paulo III. Pontifici maximo.

Beatissime Pater &c. Quum huc 23
magnificum Petrum Opalenicki Ba:
ronem et Consiliarium regni mei Castel:
lanum Gnesnensem, et Serenissimi filij
mei Sigismundi Junioris Magistrum
Curie ad Catholicam Cesarem Majesta:
tem de communibus quibusdam meis
et Serenissime conjugis mee negotijs
allegarem, Dedi et in mandatis, ut
ad Sanctitatem Vestram Divertat
invisurus eam nostro nomine, et bea:
tos pedes exosculaturus. Peto itaque
a Sanctitate Vestra, ut eum benignè
audeat, verbisque ejus fidem habeat
atque eum ita ut cupio dimittat. Quod
ego Sanctitati vestrae, summa ob:
servantia et omni officiorum ge:
nere cum dignitate mereri stude:
bo; cum diuturnam valetudinem, et
prosperos quoque rerum successus
opto. Vilnae Die 25. Januarij.
Anno Domini Millesimo Quin:
gentesimo Trigesimo Sexto.

